



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma, Sive Avrea Armilla Bartholomæi Fvmi Placentini,  
ordinis Prædicatorum, ac hæreticæ prauitatis Inquisitoris**

**Fumo, Bartolomeo**

**Antverpiae, 1570**

Contendere.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30427**

mali ter loquendo, quādo scilicet spernit ut spēnat, si autem contemnatur tātum materialiter, non peccat mortali-ter, nisi ex hoc proximus notabiliter lēdatur.

<sup>2</sup> CONTEMNENS subijci, cui oportet subijci, formaliter ex suogenerepecatum mortale est, quia & contra rationem, & contra dilectionem Dei, vel proximi, & propter hoc peccare ex contemptu formaliter loquendo, ut dicere verbum otiosum, non seruare consilia Christi, &c. est mortale pccatum, hoc enim nihil aliud est, quam nolle subijci consiliis Christi, quod tamen necessarium est, quamvis seruare sit de bene esse. Hęc enim peccata raro accidunt, nisi pessimè dispositis. Not. est, quod si quis facit aliquid, vel non facit ex indignatione, non dicitur fieri hoc ex cōtempni, ut si prælatus dicat alicui ut caneat, & ipse non licet cantare: ut prælatus hanc consolationem non habeat, non dicitur face-re ex cōtempni. Caieta. ibi confor-miter S. Tho. secūda secundæ. q. 186. a. 9. ad 3.

<sup>3</sup> NON omnis peccans venialiter ex contemptu, mortaliter peccat, nisi es-set paratus etiā hoc facere, si esset mor-tale: secundum Tab. ex S. Tho. Dicit ta-men, quod religiosus peccans ex contempnu, in his quāx pertinent ad perfe-cionem, quāx eriam de se nō sunt mor-talia, mortaliter peccat, quia contem-nit id, in quod tenetur tenere. Caieta. verò dicit, verūm esse, quod peccans quomodo cumque ex contempnu sim-pliciter, mortaliter peccat, sed qui con-temnit aliquod ex eo, quod minimū est, non contemnit simpliciter, sed se-cundum quid, idēo non peccat mor-taliter, modicat enim illum contemp-tum cum illo minimo, sicut qui acci-pit minimum, non dicitur furari sim-pliciter, & in hoc sensu intellige Tab. dicit.

<sup>4</sup> ITB M aliud est cōtemnere regulā, seu monitionem superiores, aliud est contemnere id quod mandatur, idēo frangens silentium ex contempnu cō-stitutionis: secundum prius dicta, mor-

taliter peccat: si angens antem, & con-temnens silentium tanquam rem mi-nimam, & peccatum veniale, veniali-ter peccat, quia non simpliciter con-temnit, sed secundum quid solum.

Vnde Thomas in questionibus de ve-ritate, quæstio 15. a. 5. ad 2. dicit, quod non quilibet contemptus facit morta-le peccatum, sed contemptus Dei solum, per hoc enī solum homo aucti-tur à Deo.

## CONTENDERE.

<sup>1</sup> CONTEMNERE, secundū Th. secunda secundæ. q. 38. a. 1. est cō-tra aliquem verbis tendere, quāx qui-dem cōtentio potest attendi, & quan-tum ad intentionem contendentis, & quantum ad modum. Quantum ad intentionem, si quis impugnat ve-ritatem modo indebito, scienter, vel quando est in iudicio, vel in disputa-tione: non graua disputationis, sed veritatem impugnandæ, sic est peccatū mortale, quia est mendacium perni-ciōsum contra honorem Dei, & vi-litatem proximi. Quō autem ad modum, si modus est scandalosus, vel propter inordinatos clamores, vel p-pter opprobria, quāx ibi ut plurimum dicuntur, est etiam mortale. Scrip-tum est enim, Vx illi per quem scandalum venit. Bonus ergo confessor considerabit qualitatem modi. Secus quando impugnat veritatem credens dicere verūm, vel dicens rationes suas audentes cū aliqualiturbatione, tunc potest esse sine peccato omnino, vel tantum veniale.

<sup>2</sup> CONSTITUTI ONES fratru pre-dicitorum, quāx dicunt in c. de graui culpa, si quis cum prælato suo conten-derit, non intendit de illa, quāx est se-cundum se mortalitatis, quāx diuino iure prohibetur, sed ea, quāx est communi-tati venialis, quia tales contendentes, e-tiam veritatem clamores defendentes, aut despiciunt, aut derisorie, debitam prælatis reverentiā, & subiectionē nō feruant. Propterea merito grauiter pu-niuntur, quia grauius quām alij secu-lares peccant.

CON-